



**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Joannes A S. Facundo. Devotio sub Missæ sacrificio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



### S. JOANNES A S. FACUNDO.

*De votis sub Missa sacrificio.*

Deus, qui S. JOANNI sacrificanti concessisti ineffabilia divinitatis humanitatisque tuæ mysteria intueri; concede, ut Missam digne faciendo audiendumque, uberes ejus fructus percipere mereamur.

*Oratio pro Eremitis S. Augustini,*



XII JUNII.

179

JOANNES ex oppido S. Facundi, ubi anno  
1429 natus erat, in familiam Burgensis  
Episcopi transgressus; variis beneficiis ab  
eo auctus erat, quando impetrata faculta-  
te recedendi, omnibusque renuntian-  
di, Salamanticam abiit jam Sacerdos: &  
post sumptum ibi Doctoratus gradum, E-  
remitis Augustiniinis se adjunxit 1463.  
Inter hos mira præcellens sanctitate, dis-  
creti Confessarii, Prædicatoris Apostolici,  
& devoti Presbyteri partes omnes sic ex-  
plevit, ut quantus in istis esset, miraculis  
quoque patefecerit Deus. Quia autem in  
Missæ sacrificio tam erat morosus, ut gra-  
vis esse inciperet audientibus ac ministran-  
tibus; fateri coactus est, quam tremenda Di-  
vinitatis summæ & incarnati Verbi myste-  
ria in ipso conspiceret, sub sacra Hostia.  
Obiit antem in Conventu Salmanticensi  
an. 1479, II Junii, eumq; an. 1690 Sancto-  
rum Catalogo adscripsit Alexander VIII.  
Colebatur tamen ejus sepulcrum, jam pri-  
dem miraculis celeberrimum, unde mox  
initio seculi XVI de ejus canonizatione  
cœperat agi.

*Quotiescumque manducabitis panem  
hunc . . . mortem Domini annuntiabitis,  
I Cor. XI.*